

Quodlibetum quartum

Questum est de rebus diuinis et humanis. Circa res diuinas questum est primo de essentialibus. Secundo de personalibus. Circa essentialia questum est primo de scientia dei. Secundo de eius potentia. Circa scientiam dei questum est. vtrum in deo sint plures idee. Et respondetur quod sic. Dicit enim Augustinus in libro .lxxiiij. questionum quod deus singula rationibus propriis creatur. et alia ratione hominem et alia ratione equum. sed rationes rerum in mente diuina dicuntur idee ut patet per Augustinum ibidem. ergo sunt plures idee. Preterea hoc sunt aliqua distincta put deus eorum distinctionem cognoscit. cognoscit aut eorum distinctioem in seipso. ergo distinctarum rerum sunt in deo plures et distincte idee.

Sed contra. omne nomen quod in diuinis dicitur aut est essentialiale ut deus. aut personale ut pater. aut notionale ut generans. hoc nomen idea. nec est personale nec notionale quod non conueniret tribus personis. ergo est nomen essentialiale. Sed nullum essentialiale multiplicatur in diuinis. ergo non possumus dicere quod in diuinis sint plures idee. Respondetur quod est duplex pluralitas vna quidem est pluralitas rerum et hoc non sunt plures idee. nominat enim idea formam exemplarem. est enim vna res que omnium est exemplar scilicet diuina essentia quam omnes imitantur in quantum sunt et bona sunt. Alia est pluralitas hoc intelligitur rationem et hoc sunt plures idee. licet enim omnes res in quantum sunt diuinam essentiam imitentur non tamen vno et eodem modo imitantur ipsam. sed diuersimode hoc diuersos gradus. Sic ergo diuina essentia hoc quod imitabilis est hoc modo ab hac creatura est propria ratio et idea huius creature et

huius. et similiter de alijs. Unde hoc sunt plures idee hoc quod intelligitur diuina essentia hoc diuersos respectus quos habet ad ipsas diuersimode imitantes. Diuina autem respectus non solum intelliguntur ab intellectu creato sed etiam ab intellectu increato ipsius dei. scit enim deus et ab eterno sciuit quod diuersae creature diuersimode eius essentiam imitentur. et hoc fuerunt ab eterno in mente diuina plures idee sic rationes proprie rerum intellecte in deo. Hoc enim significat nomen idee ut sit scilicet quedam forma intellecta ab agente ad cuius similitudinem exterius opus producere possit vel intendit. Sicut edificator in mente sua preconcepit formam domus que est quasi idea domus in materia sic de. Ad primum ergo dicendum quod Augustinus intelligit esse aliam et aliam rationem hoc diuersitatem respectuum ut dictum est. Ad secundum dicendum quod cum dicitur hoc res sunt distincte put deus eorum distinctioem cognoscit. hec locutio est duplex. quod enim dicitur hoc quod deus cognoscit potest referri ad cognitionem diuinam vel ex parte cogniti vel ex parte cognoscentis. si ex parte cogniti sic vera est locutio. Est enim sensus quod hoc modo res sunt distincte sicut deus cognoscit eas esse distinctas. Si vero referat ad cognitionem ex parte cognoscentis sic est locutio falsa. Erit enim sensus quod res cognite illi modo distinctionis habeant in intellectu diuino quam habent in seipsis quod falsum est. quia in seipsis res sunt diuersae essentialiter non autem in intellectu diuino. Sic etiam res in seipsis sunt materialiter. in intellectu autem diuino immaterialiter. Et hoc ultimo modo procedebat ratio. Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de pluralitate reali. talis enim pluralitas in no-

minimo essentialibus non inuenitur :
sed solum pluralitas que est secundum
telligentie rationem ;

Unde quesitum est de pertinentiis
ad potentiam dei. Et primo. **U**trum in deo sit virtus.
Secundo de quodam effectu diuine
virtutis. **U**trum scilicet aque sint super
celos. **T**ercio ad quid virtus diuina
se extendere possit ; .ij. q.

Hoc primum sic procedit. **V**idetur
quod in deo non sit virtus. quia
ut **Philosophus** dicit in
primo celi virtus est ultimum potentie.
sed diuina potentia non habet
ultimum cum sit infinita. ergo in deo non
est virtus. **S**ed contra omne immediatum
operatum principium est virtus. operatio
enim omnis a virtute aliquo procedit.
Sed in deo est aliquod immediatum
operatum principium. quod deus immediate
aliquo operatur. ergo in deo est virtus. **I**tem
dicendum quod virtus qualitercumque accipiat
significat potentie complementum. et ideo
est quod virtus uniuscuiusque rei est quod bonum
facit habere. et opus eius bonum
reddit ut dicitur .ij. ethi. **T**unc enim
ostenditur potentia esse completa
quando et agens est perfectum et actio
perfecta. cum ergo potentia dei sit
maxime completa. potissime in deo
virtus inuenitur. unde dicitur **Sapientie**
.xii. virtutem ostendis tu que non
crederis esse in virtute summatus
et in patris. magnus dominus et magis
virtus eius. **A**d primum ergo
dicendum. quod virtutes quandoque
notificantur non per aliquid quod de
virtute essentialiter predicatur. sed per
illud ad quod virtus ordinatur. **A**b
eo enim spei habet sic **Augustinus** dicit. quod si
des est credere quod non vides. **C**redere
enim non est ipsa fides sed actus ad quem
ordinatur fides et hoc modo **Philosophus**
diffinit virtutem cum dicit. quod virtus est ultimum
potentie. quod scilicet virtus rei attenditur
in ordine ad hoc in quod ultimo per.
Sicut virtus eius qui potest ferre

centum libras / ut ipse ibidem dicit /
non consistit in hoc quod ferat decem
sed in hoc quod ferat illud ultimum in
quod potest scilicet centum. sic ergo
virtus cuiuslibet rei non attenditur
in uno / eorum que potest / sed
respectu totius quod potest. virtus
ergo diuina non potest attendi
in aliquo opus ipsius quod nullius
opus eius est quod adequat eius
virtutem ut deus amplius facere
non posset / sed virtus eius attenditur
secundum totum in quod potest. **S**ed
autem est infinitum. quia scilicet
deus infinita facere potest. **U**nde
et virtus eius est infinita. et hoc est
ultimum ei infinita posse. sicut vir-
tuti finitum est ultimum aliqua de-
terminata posse ;

Hoc secundum sic procedit.
Videtur quod aque habentes
reram speciem aque elementorum
super celos existant. hoc enim
dicitur minor mundus propter similitudinem
quam habet cum mundo maiori. sed videmus
quod in corpore humano superponitur
cerebrum quod habet naturam aque
cordi quod habet proprietatem ignis
inquitum est fons naturalis caloris.
ergo et in mundo maiori aqua
superponitur aliis elementis. **E**t hec
ratio videtur esse **Augustinus** in .xi. de ciuitate
dei capitulo .xxxiii. ubi dicit de quibusdam
quod ponderibus elementorum mouentur.
et ideo non putant aquam fluidam
grauemque naturam in superioribus
mundi locis potuisse constitui / qui secundum
rationes suas / si ipsi hominem facere
potuissent / non ei pituitam quod grece
phlegma dicitur et tanquam in elementis
corporis nostri aquarum vicem obtinet
in capite ponerent. **S**ed contra. partes
mundi sunt optime et ordinatissime
dispositae secundum suam naturam. **S**ed
illud quod habet spei

2^m

ciem aque naturaliter est pondero-
sum et ita naturaliter subsidet cor-
poribus leuibus scilicet aeri et ig-
ni. non ergo aliquid habens ve-
ram speciem aque super celos exi-
stit. ¶ Responso dicendum quod in
sacra scriptura quod mentiri non po-
test expresse dicitur aquas esse su-
pra celos. Dicitur enim Genesim pri-
mo quod diuisit aquas que sunt sub
firmamento ab aquis que sunt su-
pra firmamentum. Et in psalmo
dicitur aque que super celos sunt
laudent nomen domini. Et ideo si-
cut Augustinus dicit in secundo su-
per Genesim ad litteram quo quo-
modo et qualescunque aque ibi sint /
esse ibi eas minime dubitemus.
Maior quippe scripture huius est
auctoritas quam omnis humani in-
genij capacitas. Sed sicut Augu-
stinus primo eiusdem libri dicit tur-
pe est nimis et perniciosum ac ma-
xime cauendum ut christianum de
his rebus scilicet naturalibus quasi
secundum christianas litteras loquente ita
delirare. quilibet infidelis audiat
ut quemadmodum dicitur de toto
celo errare conspiciens risum tene-
re vix possit et non tam molestum
est ut errans homo deridet. sed quod
auctores nostri ab eis qui foris sunt
terra selesse credunt et cum magno eorum
exicio de quorum salute satagimus tam-
quam indocti reprehendunt atque respuunt.
Et ideo sic ipse subiungit multiplices
expositiones ipse posuit in verbis Gene-
sis. ut sic accipiat una expositio quod
alteri expositio non preiudicetur quod
forte melior est. Sic ergo quod dicit
de aquis super celos existentibus multi-
pliciter potest intelligi. Unum modo ut per
firmamentum vel per celos non intelliga-
mus firmamentum vel celum in quo sunt sy-
dera sed hunc aerem in quo aues vo-
lare dicuntur super que aerem aque va-
porabiliter eleuatur et exinde plu-
uię generantur. Et de hac exposi-

tionem dicit Augustinus in secundo
super Genesim ad litteras hanc con-
siderationem dignissimam iudico.
quod enim dicitur neque contra fidem
est et prompto documento posito
credi potest. ¶ Si autem per firmamentum
vel celos intelligat firmamentum ubi
sunt sydera posita. sic sciendum est de his
firmamento diuisas opiniones fuisse.
Quidam enim posuerunt firmamentum
illud ex quattuor elementis compositum.
que videtur fuisse positio Empedo-
clis. et secundum hoc nihil prohibet dicere super
hoc celum sydereum esse aquas elementares
tamquam simpliciores et super eas etiam
ignem a quo vocatur celum empyre-
um. Aliorum autem positio est quod celum
vel sit igneę nature sic posuit Plato
vel non sit de natura quattuor elementorum
habens altorem naturam sicut po-
suit Aristoteles. secundum utranque posi-
tionem harum opinionum incon-
ueniens videtur supra firmamen-
tum illud aquam elementarem ma-
terialiter esse dispositam. Nunc enim
sicut Augustinus dicit in secundo
super Genesim quemadmodum de-
us instituerit naturas rerum nos
conuenit querere. nunquid in eis vel
ex eis ad miraculum potentie sue
velit operari. Sed tamen aliqua-
les aquas super huiusmodi firma-
mentum ponere possumus. Unum
modo ut per aquas intelligamus
totam materiam corporalem sicut
accipitur in principio Gene. et secundum
expositionem Augustini. Et ideo
secundum hunc intellectum aquas esse su-
pra celos sydereos nihil est aliud
dicere. quam aliquid de materia cor-
porali super hos celos existere et hoc
etiam a dictis philosophorum mo-
dernorum non discordat qui posue-
runt super octauam spheram in qua
sunt stelle aliam spheram in qua nul-
la est stella. Et hanc expositionem ponit
Augustinus super Gene. contra Maniche-
os. Alio potest dici quod sic celum empy-

reū dicit igneū nō q̄ habeat speci-
em ignis sed p̄pter splendorez ita
etiam aque super celos dicunt. nō
q̄ habeant speciē aque. sed q̄ ha-
bent diaphonitatem ad modum
aque. vt sic supremuz celuz s̄m q̄
empyreū dicit sit totum splendi-
dum. Scdm̄ quod aqueuz dicitur
sit totuz diaphonum. Terciuuz au-
tem celum quod dicitur sydereū sit
ptim lucidū et ptim diaphonum.
Sic igit s̄m quācūq; opimionem
potest veritas sacre scripture salua-
ri diuersimode. Vnde nō est coar-
tandus sacre scripture sensus ad
aliquod hoz. Ad primū dicen-
dū q̄ homo assimilatur maiori mū-
do q̄ntuz ad aliqd. scz in q̄ntū con-
stat ex corpali ⁊ spiritali natura
sic et totū vniuersum. nō tñ q̄ntuz
ad omnia assimilatur vniuerso. or-
do em̄ ptū in hoīe nō ē s̄m q̄ exi-
git eoz natura. sed put exigit ra-
tio finis. pomē em̄ cor in medio vt
ex eo diffundant operationes vis-
te defacili p̄ totū corpus. Cerebrū
aut pomē in supmo vt opationes
animales que ibi quodāmodo p̄-
ficiūt nō impediunt per diuersas
corpis transmutatōnes. sic etiam
ordo cogitionis humane non est
s̄m ordmē naturalē cognoscibiliū.
sed quo ad nos. Augus. aut non
inducit hoc asserendo s̄ obuiando
h̄s q̄ scripturā p̄ue interpretat.

DEmde considerādū ē d̄ h̄s ad
que diuina potentia se ex-
tendere potest. Et circa hoc
querūt duo. Primo vtz de⁹ possit
aliquid in nihilum redigere. Se-
cundo si aliquid esset in nihilum re-
ductum vttrum deus possit repare-
re idem numero.

.iii. .q.

Ad primum sic proceditur.
Dicitur q̄ deus possit ali-
qd in nihilū redigere. eq̄-
lis em̄ est distantia non entis ad

ens. et entis ad non ens. sed deus
ex nihilo potest aliquid facere. er-
go deus potest ex aliquo facere ni-
hil. Sed contra. deus nō potest
esse causa defectiua. sed causa que
facit tēdere in nō esse. ē causa defe-
ctiua. ergo deus nō p̄t aliqd redi-
gere in nihilū. H̄s dicendū. q̄ de
potētia dei dupliciter loq̄ possum⁹.
Vno mō absolute considerando eius
potētiā. Alio mō considerādo ipsā in
ordme ad sapientiā vel prescienti-
am suā. loquēdo ergo absolute de
dei potentia. sic deus p̄t vniuersaz
creaturā redigere in nihilū. cuius
ratio ē. q̄ creatura nō soluz pdu-
cit in esse deo agente. sed p̄ actōnē
dei etiaz cōseruat in esse. s̄m illud ad
Hebr̄. j. Portās omnia verbo b̄-
tutis sue. Vnd̄ Augus. dicit q̄rto
sup Gen̄. ad l̄raz. q̄ btus dei si a i-
q̄ ab eis que creata sūt regendis
cessaret. simul et illoruz cessar⁹ spe-
cies. omnisq; natura consideret.
Sicut autem deus propria volun-
tate agit. ⁊ non ex necessitate na-
ture. ad rerum productionem. ita
etiam ad earum cōseruationem.
⁊ ideo potest abstrahere suam ope-
rationem vel actionem a rebus cō-
seruandis. qua subtracta omnia
in nihilum reciderent. si vero loqua-
mur de potentia dei in ordine ad
eius sapientiā et prescientiā.
sic non potest fieri. q̄ res in nihi-
lum redigantur. quia non habet
hoc diuina sapientia. Creauit em̄
deus vt essent omnia. vt dicitur
Sapientie primo. Non vt in ni-
hilum cederent. Primum ergo
concedimus s̄m q̄ procedit de po-
tentia absoluta. Ad secundum
dicendum. q̄ causa defectus ali-
cuius potest esse aliquid duplici-
ter. Vno modo ex propria inten-
tione. sicut cum aliquis subtrahē-
do lumen causat tenebras. et hoc
modo non oportet q̄ sit causa defe-

ctiua illud quod causat defectum :
 sic em̄ deus posset eē causa alicui⁹
 defectus vel excecatōnis : vel obdu-
 ratōnis : vel annihilatōnis : si vel-
 let . Alio° est aliquid causa defect⁹
 p̄ter intentōne . et sic semp opoz-
 tet q̄ causa defectus sit causa defe-
 ctiva . q̄ ex defectu agētis contingit /
 q̄ nō iducat p̄fectōz i suo effectu .
 z sic deus nullo mō p̄ eē causa defe-
 ctus v̄l tēdendi i nō eē . .v. .q.

Hsecūdum sic p̄ceditur :
 Videtur q̄ de⁹ id qd̄ i mi-
 hilum redactum est / idem
 in numero reparare nō possit . **D**i-
 cit em̄ **Philosophus** i . ij . de **Ge-
 ne** . q̄ ea quoz substātia corrup-
 pit̄ / non reiterātur eadem nume-
 ro . sed eozū q̄ in nihilū redigunt̄ /
 substātia corrupit̄ . ergo eadem
 numero reparari nō p̄nt . **S**ed
 cōtra est qd̄ aug⁹ . xxij . de ciui . dei .
 dicit . **S**i caro hūana om̄ibus pe-
 r̄isset modis / nec vlla eius materi-
 es in vllis latebris remansisset / tñ
 si vellet eam repararet om̄ipotēs .
Sed si nulla materia remanēte de-
 re corrupta / quod corrumpitur in
 nihilū redigitur . ergo deus id qd̄
 in nihilū est redactū / p̄ idem nu-
 mero reparare . **P**̄ter . differentia ē
 causa numeri vt **Damasceus** di-
 cit . s̄ nihilū nō facit aliquaz diffe-
 rentiā . q̄ non entis neq̄ sūt spēs
 neq̄ differentie s̄m̄ **Philosophus** .
 ergo id qd̄ reparat̄ a deo / p̄ esse
 vnū z idem numero / quāuis in mihi-
 lū fuerit redactū . **S**̄ dicendū . q̄
 in n̄s que in nihilū redigi p̄nt /
 est quedam differentia attēdenda .
 quedaz em̄ sūt quoz v̄mitas in sui
 ratione habet duratōis continui-
 tatem / sicut patet in motu et tpe .
 z ideo interruptō talium indirecte
 contrariatur v̄mitati eozuz s̄m̄ nu-
 mez . ea vero que contradictionez
 implicant / nō continentur sub nu-
 mero deo possibilium . q̄ deficiūt a

ratōne entis . z ideo si huiusmodi
 in nihilū redigant̄ / deus ea non
 potest eadem numero reparare . hoc
 em̄ est facere contradictoria simul
 esse vera . puta si mot⁹ interrupt⁹
 possit esse vn⁹ . **A**lia vero sūt . quoz
 v̄mitas nō habz in sui ratōe conti-
 nuitatez duratiōnis . sicut v̄mitas
 rez p̄manentium . nisi p̄ccidens
 inquantuz eoz esse / subiectū ē mo-
 tui . sic em̄ huiusmodi mensurātur
 tempore . z eoz esse ē vnū z conti-
 nuū s̄m̄ v̄mitatem et continuitatez
 t̄pis . z q̄ naturaliter agens non
 p̄ ista producere sine motu / inde
 est q̄ naturale agens / huiusmodi
 nō p̄ reparare eadem numero . si
 in nihilū redacta fuerint / vel si fu-
 erint s̄m̄ substantiam corrupta . s̄
 de⁹ p̄ reparare huiusmodi sine mo-
 tu . quia in eius potestate ē q̄ pro-
 ducat effectus sine causis medijs .
 z ideo p̄ ea eadē numero reparare .
 etiāsi in nihilū lapsa fuerint .

Unde patet responsio ad p̄mū z
 secūdū . **A**d terciū dicendū . q̄ mi-
 hilū nō est differentia alicui⁹ en-
 tis . sed p̄ hoc q̄ aliqd̄ reducat̄ i mi-
 hilū / interrumpit̄ cōtinuatio essen-
 di . q̄ p̄tinet ad v̄mitatē mot⁹ . z eo-
 rū que cōsequūtur ad motū .

Deinde quesitum est de per-
 sonalibz que p̄tinent ad
 p̄sonaz filij . **P**rimo q̄ntū
 ad naturam diuinā . **S**ecūdo quā-
 tū ad nat̄az assumptam . **C**irca
 p̄mū q̄sita sūt duo . **P**rimo vtrum
 pater eodē verbo dicat se z creatu-
 raz . **S**cdo vtz fili⁹ sua filiatōe di-
 stinguat̄ a sp̄sancto . .vi. .q.

Hde p̄mū sic p̄cedit̄ . **V**idēt̄
 q̄ pater nō eodē verbo di-
 cat se z creat̄az . dicere em̄
 se / soli p̄i cōuenit vt aug⁹ . dicit . vij .
 de tri . sed dicere creat̄am cōuenit toti
 trinitati . ea em̄ q̄ important respe-
 ctū ad creat̄az toti trinitati cōueni-
 unt / vt patz p̄ **Dionysiu** . ij . capi .

tulo de diuinis nominibus . ergo pater nō eodē verbo dicit se et creaturaz . **¶** Dicitur creatura pcedit a deo p modū volūtatis . filius autē qui est verbū quo pater dicit seipsum / pcedit a deo p modū nature . q̄ vt **¶** Hilarius dicit in libro de syno . Omnis creaturis substantiā volūtas dei attulit . filio autē naturā dedit natiuitas . ergo nō ē idē verbū quo pater dicit seipsum / et quo dicit creaturā . **¶** Sed contra est quod **¶** Aug . dicit . n . sup gen . ad lram . q̄ dixit et facta sūt . id est quod dixit et facta sūt . hoc est . verbuz genuit in quo erat vt fieret creatura . sed verbum genuit dicens seipm . ergo idem est verbum quo dicit seipsum et quo dicit creaturam . **¶** Rñsio dicenduz . q̄ sicut dicit **¶** Aug . xv . de tri . verbum dei representat̄ aliter qualiter per verbum nostri intellectus . quod nihil aliud est q̄ que dam conceptio actualis nostre noticie . cū illis q̄ scim⁹ actu considerādo recipim⁹ . hoc verbū nr̄i intellectus est . et hoc est q̄ verbo exteriori significam⁹ . Sed q̄ nos nō totum id quod habitu scim⁹ / actu mēte recipimus . sed de vno intelligibili mouemur ad aliud . ind ē q̄ in nobis nō est solū vnū verbū mētale . sed multa . quoz nullum adequat nostrā scientiam . sed deus qcquid scit actu intelligit . ideo ī mēte ei⁹ nō succedit verbū verbo . et sic eadē scientia scit se et omnia alia . ita etiaz eodē verbo exprimit seipm et omnia alia . nec esset verbū eius pfectū vt **¶** Aug . in eodē libro dicit / si aliqd minus esset in eius verbo q̄ scientia . Vnde quicquid pater scit / totuz vnico suo verbo dicit et sic necesse est q̄ idem sit verbū quo dicit seipsum et quo dicit creaturā . **¶** Ad primū ergo dicendum . q̄ dicere si proprie sumat̄ / est pducere verbuz . quod soli patri couenit . **¶** Et ideo si

dicere in diuinis proprie sumat̄ / sol⁹ pat̄ dicit . q̄ sol⁹ pat̄ generat verbū . hoc tñ verbo exprimit̄ quicquid tota trinitas scit . q̄ triū psonaruz est vna scientia . et ex hac ratione verbū dicit respectū ad creaturaz . inq̄ntū est expressio quedā sciētie quā pater habet cōmunit̄ cū alijs psonis de creatura . **¶** Ad secūdū dicendū . q̄ aliud ē verbū . et illud q̄ dicit verbo . hoc em̄ verbo quod ē lapis / significat̄ res que nō ē verbuz s̄ corpus . Vnde nihil phibet creaturā pcedere a deo p modum volūtatis . verbum autem quo dicit̄ creatura / per modum nature .
.vii . .q .

¶ Ad secūdū sic pcedit . **¶** Vnde q̄ filius distmguat̄ filiatione a spūs sancto . eodem em̄ modo aliquid cōstituit̄ et ab alio distmguit̄ . sed psona filij cōstituitur filiatione . que est pprietas psonalis id ē cōstituentis psonā filij . ergo filiatione distmguit̄ a spiritus sancto . **¶** Sed contra ē q̄ **¶** Boeci⁹ dicit in libro de trim . q̄ sola relatō ī diuinis multiplicat̄ trinitatē et **¶** Anselmus dicit in libro de pcessione spūs sancti . q̄ ibi soluz distmgunt̄ psonę diuine / vbi occurrit relationis oppositio . sed filius nō oppom̄t̄ relatiue spiritus sancto filiatione . sed solū patri . ergo filius nō distmguit̄ filiatōne a spiritus sancto . sed solū a patre . **¶** Rñdeo dicendū q̄ hoc modo se habent pprietates psonales in diuinis ad distmguendū psonas sic se habēt in rebz naturalibz forme sbales ad distmguendū spēs rez . s̄ tñ que a creaturis exēpla ad deū assumūt non oīno sista sūt . In rebz autē naturalibz distmguit̄ aliqd p formaz suaz ab alio duplicat̄ . Vno mō s̄m directā oppositōne forme ad formā . et hoc mō distmguit̄ vnaqueq̄ res naturalis ab oibz spēs sui gn̄is q̄ ha

bent formas oppositas: s^m q^d ge-
 nus diuidit^r oppositis differētijs.
 sicut zephyrus distinguit^r sua for-
 ma ab omib⁹ alijs speciebus et ge-
 nerib⁹ lapidū. Alio modo distin-
 guit^r res naturalis p^r suam formā
 s^m h^{ab}ere et nō habere. et hoc modo
 quod habz aliquā formā natura-
 lem distinguit^r ab omnib⁹ nō ha-
 betib⁹ formam illam. sicut zephy-
 rus per suam formam naturalē di-
 stinguit^r nō solū ab alijs generib⁹
 lapidū. sed a speciebus animalium
 et plantarum. Sic ergo dicendū
 ē: q^d filius sua filiatōne distinguit^r
 q^dez a patre s^m oppositōne relati-
 uam filiatōnis ad paternitatem.
 sed a spiritu sancto distinguit^r fili-
 atione p^r hoc q^d spū sanctus non
 habet filiationē quāz fili⁹ habet.
 Et per hoc patet responsio ad ob-
 iecta;

.viii. q.

Dinde quesitum est de filio
 q^dntū ad naturam assum-
 ptā. ¶ Circa hoc quesitum
 est. Vtrum sit vnum numero cor-
 pus christi affixum cruci et iacens
 in sepulchro. ¶ Et videt^r q^d non.
 q^d que differūt specie / differūt nu-
 mero. sed corpus christi suspensū
 in cruce et iacens in sepulchro dif-
 ferūt specie. eo modo quo mortuū
 et viuū differunt specie. ergo nō
 est vnum et idem numero. ¶ Sed
 contra quecūq³ sunt vnum et idēz
 supposito vel hypostasi / sunt vnū
 et idem numero. sed corpus christi
 iacens in sepulchro et appēsū cru-
 ci / est vnum et idem supposito siue
 hypostasi. q^d hypostasis verbi dei
 nunq³ sepata est ab eius corpore.
 ergo corpus christi est vnū et idēz
 numero appensum cruci et iacens i
 sepulchro. ¶ Rūdeo dicendū. q^d
 circa hoc cauendē sunt due dānate
 hereses. quarū vna ē Arrianorū.
 qui cū ponerent christū animā nō

habuisse. sed verbum fuisse in cor-
 pore loco anime / p^r osequēs posu-
 erūt. q^d verbum sepatum ē i mor-
 te a corpore. sicut manifeste patet
 in quodā sermone Arrianorū. cō-
 tra quem Augus. disputat. Alia
 vero heresis Galomicarū. que fuit
 in sexta synodo dānata. qui cū po-
 nerent vnāz naturā cōpositam ex
 diuinitate et humanitate / posue-
 rūt illam naturā simpliciter incor-
 ruptibilē. et ita posuerunt corpus
 christi simpliciter incorruptū. non
 solū putrefactione incorruptum.
 quod fides catholica tenet. s^m id
 ps. non dabis sanctum tuum vi-
 dere corruptionē. sed etiā corrup-
 tione que ptinet ad resurrectionē
 mortis. quod est impium vt patz
 p^r damas. i. iij. libro. Sic ergo ad
 excludendū primā heresim oportz
 nos ponere identitatem s^m suppo-
 situm in corpore Christi appenso
 cruci et posito in sepulchro. Ad ex-
 cludēdū vero secūdā heresim oportz
 nos ponere verā differētiā mor-
 tis et vite. sed q^d p^rma vmitas ma-
 ior ē q^d secunda differentia / dicen-
 dum est. q^d ē idem numero corpus
 christi appensum cruci et iacens in
 sepulchro. ¶ Ad primum ergo
 dicendū. q^d ratio illa non tenet
 in corpore christi propter vmitatez
 hypostasis;

.q. ix.

Dinde quesitum ē de rebo
 hūanis. Et p^rmo de grā.
 secūdo de grē sacramentis.
 tercio de actib⁹ humanis. ¶ Circa
 p^rmū querebat^r. Vtrū de⁹ semp fa-
 ciat nouā grā. ¶ Et videt^r q^d sic.
 Aug⁹. em. viij. sup gen. ad l^raz.
 cōpat ifusionē grē illūmatōi. sic i-
 quit aer p^resēte lumine nō fact⁹ ē
 lucidus. sed fit. quia si factus esset
 non fieret. sed etiam absente lu-
 mine lucidus maneret. sic homo
 deo p^resente sibi illuminat^r. absē-

te autē continue tenebrat: a quo non loꝝ interuallis / sed volun-
tatis auersione discedit. sed sol sē-
per facit nouū lumē in aere. ergo
deus semp facit nouā gratiā in ai-
ma. **¶** Sed contra: nobilioris crea-
ture / nobilius est esse. sed gratia
nobilissima creatura ē qz est perfe-
ctō nature ratiōnalis creatz. ergo
eius esse est nobilius. et ergo non
solū durat in momēto / et ita non
facit semp nouā gratiā. **¶** Sed dis-
cedū qz duplex est actō. quedam
que fit cū motu / et talis actō sēper
est cū innouatione. quia semp in
motu aliquid fit et aliquid delimit
esse. inqntū accedit ad terminum
et recedit a termino. **¶** Et ppter hoc
Philosophus dicit in viii. phisi-
qz in omni motu est quodāmodo
fieri et corrumpi. **¶** Alia autē actō ē
que ē sine motu p simplicē cōmu-
nicationē forme. inqntū scz agens
suā similitudinez impmit recipiēti
disposito. et talis actō in pncipio
qdem est cū innouatione. sicut qz de
nouo acqrit forma in subiecto. sicut
continuatō ipsi actōnis sic nullus
habet motū adiunctū. sicut simplices
influxū siue cōmunicatōz. ita etiā
habet nullā innouationē. et hō mō
causat a deo gratia in anima. **¶** Nō
dicendū qz qndū durat gratia in
anima / de9 in aia opat causas eā /
nō tñ ita qz semp faciat nouā gtiā
et qz singulis momentis existens
corrumpat. sicut qz eandē gratiā quā
pmo infudit semp opat in anima
seruās ipam. qd qdēz difficile ē ad
intelligēdum / nō valētibus abstra-
here cōsideratōnē suā ab actōnibus.
que sūt in motu / in qibus semp ali-
quid noui innouat vt dictum est.
¶ Ad primum ergo dicendum. qz
lumen semper fit in aere. qz acti-
one solis illuminātis conseruatur
non qz semper fiat aliud et aliud
lumen ;

¶ Deinde quesitū est de sacra-
mentis gtię. Et pmo de sa-
cramēto penitētię. **¶** Quid p
absolutionem sacerdotis remittat-
tur culpa. **¶** Secundo de sacramen-
to matrimoniali. **¶** Quid vir possit
accipere crucem si timeat de in-
continentia vxoris non volentis
virum sequi ; .x. .q.

¶ Ad primum sic procedit.
¶ Videtur qz per absolutio-
nē sacerdotis culpa remittit-
tatur. **¶** Dicit enim Hugo de san-
cto Victore in libro de sacramen-
tis. qz sententiam Petri sequitur
sententia celi. sed sententia celi ē
de remissione culpe. ergo remissio
culpe sequitur per sententiam Pe-
tri. que est sacerdotis absoluentis.
¶ Preterea sacramenta sunt me-
dicinę contra peccatum. sed p me-
dicinam sanant vulnera vel egri-
tudines. ergo egritudo vel vuln9
peccati sanat p sacramētū penitē-
tię. sicut sacramētū penitētię cōsumat
i hō qz sacerdos dicit ego te absoluo
et cetera. sic sacramētū baptismi
in hoc qz dicit ego baptizo te. er-
go p absolutionem sacerdotis di-
mittit culpa. **¶** Sed contra ē qz
p solam contritionem remittitur
culpa sicut illud psal. Dixi confite-
bor aduersum me iniusticiam meā
dño. et tu remisisti impietatez pec-
cati mei. sed contritio pcedit ab-
solutionem sacerdotis. quia sacer-
dos non debet aliquem absoluere
nisi estimet eum contritum. ergo
remissio culpe pcedit absolutio-
nem sacerdotis. non ergo per ab-
solutionem sacerdotis remittitur
culpa. **¶** Respondeo dicendum.
qz sacramenta dupliciter operan-
tur. **¶** Uno modo scdm qz exhiben-
tur in actu. **¶** Alio modo secundum
qz habentur in voto. et hoc ideo. qz
sacramenta operantur vt instru-
menta diuinę misericordię iustifi-

antis. dei autem est respicere ho-
minem vel ad hominis cor. sicut il-
lud primi regum. xvj. Homines
vident ea que patent. deus autem
intuetur cor. et ideo que res na-
turales non agant nisi presentia-
liter adhibite. sacramenta tamen
etiam agunt sicut que sunt in voto. sicut
plenius sacramentalem effectum
inducunt quando actu exhibentur.
sicut patet in baptismo. Nam ca-
thecuminus si sit adultus et habeat
baptismum in voto. iam conse-
cutus est effectum baptismi. quan-
tum ad emundationem a pecca-
to. et consecutionem gratie. que
est proprius effectus dei. sed quando
actu baptismum suscipit. consequi-
tur plenius quosdam sacramen-
tales effectus. quia suscipit cha-
racterem et remissionem totius pe-
nne. Si quis tamen esset. et prius
non haberet baptismum in voto que
actu baptizaretur. sicut precipue
patet in pueris. simul recipit per
baptismum gratiam remittentem
culpam et omnem alium sacramen-
ti effectum. et hoc contingeret in
adulto si simul cum baptizaretur
votum baptismi inciperet habere.
et idem est in sacramento peniten-
tie. quod consummatur in dispen-
satione ministri absoluentis. Cum
enim aliquis actu absoluitur con-
sequitur effectum sacramenti ple-
narie. sed si antequam absoluitur ha-
beat tantum sacramentum in voto.
quando scilicet proponit se subi-
cere clauibus ecclesie. iam virtus
clauium operatur in ipso. et con-
sequitur remissionem culpe. Si quis
tamen in ipsa absolutione incipe-
ret conteri et clauis ecclesie habe-
re in voto. in ipsa absolutione sa-
cerdotis culpa dimitteretur ei per
gratiam que infunditur in hoc sa-
cramento. et aliis sacramentis no-
ue legis. Unde quandoque contin-

git que aliqui non perfecte conuersi
vel contriti virtute clauium gratia-
am contritionis consequuntur dum-
modo non ponant se obicem spiri-
tuisancto. et idem est in aliis sacra-
mentis noue legis. in quibus gra-
tia confertur. Videtur tamen esse
differentia inter baptismum et pe-
nitentiam. propter hoc que sacra-
mentum penitentie semper exhibe-
tur adultis. in quibus ut pluri-
mum contritio precedit tunc confessio-
nem et absolutionem. Baptismus
autem multotiens confertur pu-
eris in quibus votum baptismi non
precedit. omnino autem simile ap-
paret. si etiam baptismus exhibe-
retur adultis. Ad primum
ergo dicendum que verbum Dugo-
mis non est sic intelligendum que sen-
tentia Petri in sacerdote absoluente
precedat tempore. sententiam
celi id est dei remittentis culpam.
sed quia per sententiam petri ap-
parebat sententia dei. Ad secun-
dum dicendum. que medicina sacra-
mentalium operatur. non solum actu ad hi-
bita sed etiam in proposito existens. et
ideo quandoque sanatio vulnerum
precedit sacramentali absolutione
vel operationem. Ad tertium di-
cendum. que nunquam potest esse vera con-
tritio sine voto clauium ecclesie quan-
tuncumque sit dolo. et peccato preter-
rito. et in proposito abstinenti in fu-
turo. et ideo in contritione culpa re-
mittitur. q. xi.

H Ad secundum sic procedit.
Videtur que vir possit acci-
pere crucem ad transfretan-
dum ultra mare. nolente uxore. si
de eius incontinentia timeatur.
Non enim debet homo pretermittere pro-
prium salutem pro salute aliena.
sed homo procurat salutem propriam
per hoc que cruce signatur. consequens
plenam remissionem peccatorum.
ergo non debet hoc pretermitte-

re ut prouideat saluti vxoris .
 Sed contra est quod **Augustin⁹**
 dicit . Si abstines sine vxoris vo-
 luntate / tribuis ei fornicatōnis li-
 centiam . et peccatuz illius tuq̄ im-
 putabit⁹ abstinentie . sed accipiē-
 do crucem impeditur a redditione
 debiti . ergo videt⁹ q̄ peccatuz vxor-
 ris si nō contineat viro imputabit⁹ .

Respōsio dicēdū q̄ ea que sūt
 necessitatis nō sūt p̄termittenda
 p̄pter ea que sūt p̄prie volūtatis .
 vñ etiā dñs **Matthēi . xv .** repre-
 hendit phariseos qui dicebant et
 docebant p̄termittere mādatum
 de honoratione parētū . vt aliq̄
 oblationes voluntarie offerrent .

Ex necessitate aut viro immūz vt
 gerat curaz vxoris . q̄ caput mu-
 lieris est vir . vt dicit p̄mē cor . xi .

Sed q̄ accipiat crucē ad trāsfre-
 tanduz subiacet p̄prie volūtati . vñ
 si vxor sit talis q̄ seq̄ nō possit p̄p̄
 aliquod legitimū impedimentuz .
 et d̄ eius incontinentia timeatur /
 nō est ei consulendum vt accipiat
 crucē et dimittat vxorem . Secus
 aut est si vxor continue volūtarie
 p̄ponat et velit et possit sequi viruz
 suū . **A**d primū ergo dicenduz
 q̄ hoc etiā ad salutem viri p̄p̄e p̄-
 tinet vt gerat curaz de salute vxor-
 ris . que viri regimī cōmittit .

Deinde quesitū est de actib⁹
 humanis z p̄mo d̄ actib⁹
 p̄tinētib⁹ ad p̄elatos .

Secūdo de actib⁹ qui possunt p̄ti-
 nere ad omnes . p̄tinēt aut ad p̄e-
 latos p̄cipere et dispensare et ex-
 cōmunicare rebellātes p̄ceptis .
 et beneficia ecclesiastica conferre .

Quā circa p̄mū querunt⁹ q̄tuor .
Primo de obedientia ad p̄cepta
 p̄elatoꝝ . vtruz religiosus teneat
 obedire suo p̄elato p̄cipienti ei ī
 v̄tute sancte obedientie vt reuelet
 ei crimē occultum fratris . **S**ecūdo
 circa dispensationē . vtrum **P**ap a

possit dispēsare in digamia . **T**er-
 cio circa excōmunicatiōnem . vtrū
 aliquis teneat vitare illos d̄ quoꝝ
 rum excōmunicatiōne etiam in-
 ter peritos est diuersa sententia .
 quibusdam dicentib⁹ eos esse ex-
 comunicatos . et alijs non esse .
Quarto circa collatiōnez benefici-
 orum . vtrum p̄elatus ecclesie licite
 possit dare beneficiū consanguī-
 neo suo idoneo existētī si equa fa-
 cilitate occurrat ei ali⁹ magis ido-
 neus ; . xij . . q .

Hoc primum sic procedit .
 Videtur q̄ subditus non
 teneatur obedire p̄elato
 p̄cipiēti reuelationem criminis
 occulti . nullus enim tenetur obe-
 dire in hoc quod non subditur ei⁹
 iudicio . sed occulta non subdunt⁹
 iudicio humano sed soli iudicio di-
 uino . ergo circa reuelationem eoꝝ
 rum nullus tenet⁹ obedire p̄ela-
 to suo p̄cipienti . **S**ed contra ē q̄
 p̄elatus in capitulo religiosorum
 potest p̄cipere id de quo iudex se-
 cularis vel ecclesiasticus potest ex-
 igere iuramentuz . sed talis potest
 exigere iuramentum ab aliquo vt
 reuelet que scit de aliquo occulto
 vt dicit quedā decretalis de purga-
 ergo pari ratione p̄elatus in ca-
 pitulo potest religiosus p̄cipere
 in virtute sancte obedientie . vt si-
 quid sciant dicant ei de aliquo cri-
 mine occulto . **R**espōsio dicen-
 dum . q̄ peccatum dupliciter pos-
 test esse occultum . Vno modo sim-
 pliciter ita scilicet q̄ ad multorum
 noticiam nullo modo peruenit . et
 tale peccatū occultū soli faciēti no-
 cet . et ideo q̄ tale peccatū occultum
 fratris scit / solū hoc debet attende-
 re vt fratris peccantis salutez pro-
 curet . **V**nde institutus est a domi-
 no ordo correctiōnis fraternalis
 primo quidem vt corripiat ali-
 quis fratres occulte peccantem in-

ter se et ipm solum. postmodū adhibeat duos vel tres testes. Et inde tunc tandē si non corrigiē/ dicat ecclesie. Contra quē ordmē si p̄elatus p̄cipiat vt peccatū fratris occultū dicat ei/ nō est sibi obediendū. et ipse peccat p̄cipiēdo. q̄ oportet deo magis q̄ hominibus obedire. Si autē peccatū fratris nō sit adeo occultum quin p̄ alijs suspirationes in multitudinis noticiam veniūt. vnde multorum scandalum oriat. iam peccatū nō solum nocet illi sed multis. et q̄ bonum multitudinis p̄fert bono vni/ ideo p̄elatus debet discernere veritatem de facto. vt scandalū multitudinis sedet. vel p̄ penā peccātis. vel p̄ eius excusationem. et ideo in tali casu potest p̄cipere scienti crimē fratris q̄ manifestet. et ille cui p̄cipit tenet p̄elato obedire. sic em̄ cū illud omnino sit occultū crimē p̄tinet ad iudiciū p̄elati. et in hoc casu loquit̄ decretalis. nō autē in p̄mo. vnde patz responsio ad obiecta;

.xiii. .q.
Hsecūdū sic procedit. Videt̄ q̄ P̄apa nō possit dispensare in digamie irregularitate. nō em̄ potest ab homine dispensari in ijs que sūt diuinitus instituta. vt Bern. dicit in libro de dispensatione et p̄cepto. Sed doctrina apostoli in qua cōtinet̄ q̄ digam̄ nō pmoueat vt patet. i. ad Timo. iii. et ad Tituz p̄mo diuinit̄ est pmulgata. s̄m illis Apostoli. ii. ad Timo. ultimo An experimentū queritis eius q̄ in me loquit̄ christus. ergo P̄apa non potest dispensare cū digamis. Sed contra est quod i decretis dicit̄ distinctione p̄ma. Q̄ P̄apa cū quodam digamo dispēsaui. Et dicendū. q̄ P̄apa habet plenitudinem potestatis in ecclesia. ita scz q̄ quecūq̄ sūt istitu-

ta p̄ ecclesiam vel p̄ ecclesie p̄elatos/ sunt dispensabilia a P̄apa. hec em̄ sūt que dicūt̄ iuris humani vel iuris positiui. Circa ea vero que sūt iuris diuini vel iuris naturalis dispensare nō p̄. q̄ ista habēt efficaciaz ex institutione diuina. Jus autē diuinū est quod p̄tinet ad legē nouaz vel veterē. sed hec ē differentia inter lege vtrāq̄. Quia lex vetus determinabat multatā in p̄ceptis cerimonialibus p̄tinētibz ad cultū dei. q̄ i p̄ceptis iudicialibz p̄tinētibz ad iusticiā iter homines cōseruādā. s̄ lex noua que est lex libertatis huiusmodi determinatōnes nō habet. s̄ est cōtenta p̄ceptis moralibz vel legis naturalis et articulis fidei. et sacramentis gratie. Vñ z dicitur lex fidei et lex gratie p̄t̄ determinatōne articuloz fidei z efficaciaz sacramētoz. cetera vero que p̄tinet ad determinatōne humanoz iudicioz/ vel ad determinatōnem diuinū cultū/ libere pmisit christū q̄ est noue legis lator p̄elatis ecclesie. et p̄cipibz christiani populi determināda. Vñ omēs huiusmodi determinatōnes p̄tinent ad ius hūanū/ in q̄ P̄apa p̄t̄ dispēfare. in solis vō ijs que sūt de lege natē et in articulis fidei. et sacramētis noue legis dispēfare nō p̄. s̄ em̄ n̄ est̄ posse p̄ veritate s̄ cōt̄ veritatē. manifestū ē autē q̄ digamū n̄ pmouei neq̄ ē de lege natē. neq̄ p̄tinet ad articulos fidei. neq̄ etiā ē de n̄itate sacramenti. Q̄ s̄ p̄t̄ ex h̄. q̄ si digam̄ ordiet̄ r̄cipit ord̄is sacramētū. s̄ h̄ p̄t̄ ad quādam determinatōne diuinū cultus. Vnde circa hoc P̄apa dispensare potest. licet dispensare non debeat. nisi ex magna et euidenti causa. Sicut etiam dispensare posset circa hoc q̄ aliquis sacerdos non indutus vestibz sacris cōsecraret corp̄ christi

sti. Et eadem ratio est de omnibus alijs huiusmodi que ex institutio-
ne humana processerunt. **A**d
primū ergo dicendum. qd. **A**postolus
in doctrina sua dupliciter ali-
qua pponit. quedam sicut pmul-
gans ius diuinum. sicut illud qd
habet **G**alla. v. **S**i circūcidimini
christus nihil vobis pderit. et multa
alia huiusmodi. et in ijs papa
nō potest dispensare. Quedā vero
sicut pprna auctoritate aliqua sta-
tues. nā ipse dicit. i. cor. xi. **C**ete-
ra cū venero disponaz. et infra. xvi.
Mandauit vt collectę que fiunt in
sanctos p vnā sabbati fiāt. quod
non pertinet ad ius diuinū. **E**t simi-
liter etiā dicit de bigamo nō pmo-
uendo. qd. nō est iuris diuini. sed i-
stitutio auctoritatis humane di-
uinitus hominibus concessę.

.q. xiii.

Hoc tertium sic pcedit. **V**idetur
q. nō debeant vitari il-
li excōmunicati circa quo-
rum excōmunicatioes sapientes cō-
tra opinant. q. s. iura **E**piscopū
nō potest auferre beneficiū quod
clerico concessit sine culpa. sed nō
minus debet cōmuniō fidelium cui-
libet fideli. q. beneficiū clerico sibi
ab episcopo collatū. ergo nec cō-
muniō fidelium est alicui sōtrahē-
da sine culpa. sed quādo dubitat
an causa sōsit / promptior debet es-
se animus boni viri ad interpretā-
dum in mitiorem ptem. ergo ex q.
dubitat de excōmunicatioe ali-
quorū / magis debet aliquis p hoc
stare q. non sint excōmunicati. et
ita nō debet eos vitare. **S**ed cō-
tra est q. si aliquis percussus in bel-
lo moriat. si ignoret qui eum per-
cussit / ppter dubiū quilibet qui in
bello interfuit irregularis ē s. iura.
ergo a simili videtur q. ex q. dubium
ē s. aliquibus an sint excōmunicati /
q. ppter maiorem cautelā sint vi-

tādū. **S**ed dicendum. q. dubitatio de
excōmunicatioe aliquorū aut p-
cedit sententiā iudiciū aut sequit.
Si pcedit / puta q. nondū ē de-
claratū p cōsensū iudicum aliquos
esse excōmunicatos. nō sūt vitādi
quousq. certo iudicio terminet. i.
hoc em casu verū est. q. in meliores
siue mitiore ptes debem interpretari.
vnde et deuter. xvii. dicit.
Si difficile et ambigū apud te iu-
diciū esse pspexeris. et iudiciū i-
tra portas tuas videbis verba varia-
ri / remes ad sacerdotes et iudices /
querasq. ab eis et facies quodcūq.
dixerint. s. si ambigū oriat post
concordes iudiciū determinationes /
magis standū est sententię iudiciū
duplici ratione. **P**rimo quidem. q.
iudices solitiū discutientes ne-
gociū / pleniū possunt veritatez ha-
bere. etiam si sint min. piti. q. alij
qui perfunctorie et extraordinarie
cōstituūt. **S**ecundo q. hoc esset in
magnum nocumentū vtilitatis cō-
muniū status hominū si sententię
iudicis nō staret. sed quilibet pro
